

Johann Cothmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, SS.
Theologiae Doctor & Professor. Ad Funebrem Processum Quem Coniugi
desideratißimae Margaretha Schleden/ Vir ... Caspar Thurmann/ Civis &
Negotiator primarius paratum expetit, Omnes omnium ordinum cives
Academicos peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777424843>

Druck Freier  Zugang



62

Cothman, J.,
in
Marg. Schleden,
uxor. C. Thurmann.
Rost. 1641.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777424843/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777424843/phys_0003)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777424843/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777424843/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S.S. Theologiæ Doctor &
Professor.
AD
FUNEBREM PROCESIUM
QVEM
Conjugi desideratissima



**MARGARETHÆ
SCHEEDEÆ/**

VIR

Spectatissimus ac Honestissimus

Caspar Thurmann / Civis & Nego-
tiator primarius paratum expetit,
Omnes omnium ordinum cives Academicos
per amanter invitati.

• 6(0) 5 •

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr. Anno 1641.

194



RECTOR
Universitatis Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiæ Doctor
& Professor.

Beneficiorum Dei quibus multi-
fariam indigni quidem (mino-
res namq; sumus cunctis Dei
miserationibus) afficimur, ul-
timum non est, societatum in-
humano genere institutio. Dicente enim sa-
pientissimo Salomone; meliores sunt duo
quam Unus; quia est ipsis præmium bonum
ex labore suo, & si eorum unus ceciderit, ha-
bet erigentem se. Væ autem soli, quia cum ce-
ciderit, non habet sublevantem. Ingens illud
societatis humanæ beneficium, saniores genti-
les, instinctu luminis naturalis agnoverunt.
Hinc poëta canit: felices ter & amplius, quos
irrupta tenet copula: nec malis divulsus que-
rimonijs

+ 61.

rimonijs suprema citius solvet amor die. Mī-
rum autem non est gentiles ex naturali ductu
societatis humanæ utilitatem agnoscisse, cum
homo ad Consortium illud amplexandum
naturaliter propendeat. Homo enim dicen-
tibus nonnullis Philosophis dicitur ab *quāc.* &
alij sapientes hominem *ζων πολιτικὸν* esse affir-
mant. Quam sententiam solitariorū nonnul-
lorum sive *μηργάμενων* mores non infringunt;
Quod enim dici solet, & hic obtinet: unica
hirundo non facit iher. Et paucorum inordi-
nata consuetudo, contra universalem regu-
lam non obtinet. Sicuti præter experientiam
rerum omnium magistram ex ipso Seneca
probari potest dicente: Quid prodest recon-
dere se & oculos hominum auresq; vitare?
bona conscientia turbam advocat; mala in
solitudine anxia est atque sollicita. Si ho-
nesta sunt quæ facis, omnes sciant. Si
turpia quidrefert neminem scire, cum tu
scias. Haec tenus ille. Humanarum vero so-
cieratum præstantissima conjugalis meritò
censetur. Licet enim & aliæ suam mereantur
laudem, nulli tamen dubitamus verba antea
allegati Senecæ de alia societate (qua viri boni
moribus similes, familiaritate sunt conjuncti)

D 2

litera-

literaliter intellectu societali conjugali accommodare, ita dicentis omnium societatum nulla præstantior est &c. Deinde præcipius quidem auctor ita scribit: cum variæ sint hominum sociates, nulla tamen vel dignitate præstantior, vel utilitate efficacior, vel jucunditiae uberior existit, quam eorum qui artissima corporum, animorumq; conjunctione, ad individuam vitæ consuetudinem coledam coaluerunt. Deus est qui legibus hanc societatem munivit: Deus est qui stimulos homini ad appetendam hanc conjunctionem in prima creatione indidit: Deus est, qui non alio modo, quam per hanc societatem genus humanum multiplicari jussit: Deus est qui liberali hominum delectationi & adjumento per eam prospicere voluit. Ex quibus, quam excellens, & in Dei oculis eximia societas hujus conjugalis sit dignitas luculenter constat. Quam præstantiam dum pie secum ac in Dei timore expendunt conjuges, quibus velle & nolle ambobus idem sociataq; late Mens aovo ac parvis diuis concordia rebus, Id unice in votis haberent illam animorum conjunctionem fore perpetuam. Illud licet omnes optent nullis tamen contingit. Omnes enim

enim manet una nox , & calcanda semel via
lethi , eò quod pallida mors æquo pede pulset
pauperum tabernas , regumq; tress. Hinc
fine discrimine animadvertisimus , commu-
nem generis humani hostem mortem , obseu-
ras suas manus indifferenter iniucere. Sar-
quamvis fuerit mulier formosissima , illius ta-
men violentiam effugere non potuit. Rachel
licet Jacobo fuerit dilectissima , mortitamen
obnoxia fuit. Ne aliundé & quasi longè pe-
rita conquiramus exempla , hodierna funeris
deductio nobis exemplum præbet per quam
luculentum . Et qui istiusmodi casus in pra-
xi habet ille omnium optime de iisdem judi-
care potest . Nam verum est quod dicitur :

Non dolor est major quam cum violentia mortis.
Unanimi solvit corda ligata fide, Non solum
Facilis ergo conjectura est , quo in acerbo
luctu viduus mæstissimus constitutus , quan-
do tempore hoc calamitosissimo , quo Deus
peccatis nostris offensus omnem suam iram
effudisse in nos videtur , dulcissima conju-
ge orbatus est , quæ debebat quotidianos
ærumnas dulci alloquio & jucundissima
conversatione mitigare . Sed ita placuit
omnipotenti & omni sapienti Deo cuius vo-
luntas nobis legis instar esse debet , utpote
quo-

quotidie potentibus: fiat voluntas tua. Ut autem more consueto defunctæ genealogiam pertexamus programmatis hujus ratio postulat. Nata ergo est mense Mayo defuncta nostra MARGARETHA Schleden hic Rostochij An. 1618. patrem habuit JOHANNEM Schleden/ civem & cerevisiarium præcipuum Mater ipsi fuit Geseka Eggers/ matrona honestissima. Av^o paternus fuit vir Reverendus & Clarissimus M. OSWALDUS SCHLEDANUS Pastor & Superintendens in æde Mariana hic Rostochij meritissimus. Avia autem paterna Elisabeth Engelbrechts / matrona honestissima. Avo paterno nomen fuit Claus Eggers civis & negotiator primarius. Aviæ maternæ verò ApOLONIA Merneken. Cum verò defunctæ nostræ parentes peste extinguerentur cum nondum plenè sciret distingvere inter dextram & sinistram, utpote annum vix ingressa quintum, initio illius Avunculus Claus Eggers curam ejus habuit, & ex domo peste infecta illam ad se recepit, cui per triennium ferme cohabitavit. Et quia patruus illius vir Reverendus & Clarissimus Dn. CHRISTIANUS SCHLEIDANUS S.S. Theol. D. eximius, Academiæ hujus antehac professor celeberrimus, nunc verò Pastor & Superinten-
dens

dens Schlesvicensis meritissimus, hæredes ex
se natos non haberet, singulari defunctorum
nostram ut pote fratris sui filiam prosecutus
est amore, eamq; filiæ loco adoptavit. Hinc
defuncta nostra amissio parente, in patruo al-
terum quasi parentem redivivum accepit.
Cumq; defunctam nostram prædictus vir Re-
verendus & Clarissimus sine fisco filiæ ad in-
star ex se matre adamaret, curavit quoq; sedu-
lo ut optime educaretur, in pietate scil. & ti-
more Domini, à teneris enim asuescere mul-
tum est, & educatio optima, est altera quasi
natura. Voluit ergo ut nil fœdum diœtu vi-
suve ea limina tangeret, intra quæ defuncta
nostra adhuc puella educata fuit. Cumq; illis
esset imbuta moribus qui facile procum sibi
conciliant, singulari Dei providentia factum
est, ut vir Honestissimus Gaspar Thurmann
negotiator industrius nunc viduus mœstissi-
mus illam ambiret & exambiret. Sed ut nihil
in mundo est perpetuum, ita & hoc conju-
gium quod utrinq; quidem fuit optatum,
non fuit diuturnum, utpote per biennium &
duodecim septimanas unâ tantum vixerunt.
Cumq; haec tenus ~~annus~~ experti essent con-
juges, Deus tandem illos benignè respexit
defun-

defuncta ergo nostra 18. Mensis Septembris
mater facta. Quo nomine parentes & patru-
us imprimis defunctam nostram filiae loco
adoptans non leniter sunt exhilarati. Ast
placuit Deo illam l&etitiam amaritudine ali-
qua sicuti s&oepe solet permiscere. Pr&eter op-
inionem ergo defuncta nostra relicto filio lo-
unico, ac viduo m&astissimo 10. Octobris ex hac
&erumno sa vita discessit. Nostrum vero est Ci-
ves Academici ad contestandam ~~orum~~ erga
luctu plenum maritum, tum pr&incipue ad in-
dicandam benevolentiam erga virum Reve-
rendum & clarissimum Dr. CHRISTIANUM
SCHLEIDANUM S. S. Theol. D. & quon-
dam Acad. nostrae Professorum Theologiae
meritissimum, defunctam nostram filiae loco
adoptantem funus frequentes concomitari,
nosq; ad beatam ex hujusvitae ergastulo emi-
grationem eo ipso pr&eparare, Deumq; pro
mitigatione p&anæ rogare. Conventus fiet in
æde Mariana ad horam primam pomeridia-
nam. P. P. Rostoch Sub Sigillo Univer-
sitatis 14. Octobr. Anno 1641.





Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777424843/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777424843/phys_0013)







dens Schlesvicensis meriti-
se natos non haberet, si
nostram ut pote fratris sui
est amore, eamq; filiæ loco
defuncta nostra amissio par-
terum quasi parentem rec-
Cumq; defunctam nostram
verendus & Clarissimus si-
star ex se natæ adamaret, c-
lo ut optime educaretur, i-
more Domini, à teneris en-
tum est, & educatio optimi
natura. Volut ergo ut ni-
suve ea limina tangeret, in-
nostra adhuc puella educta
esset imbuta moribus qui f-
conciliant, singulari Dei pr-
est, ut vir Honestissimus &
negociator industrius nunc
mus illam ambiret & exami-
in mundo est perpetuum,
gium quod utrinq; quidem
non fuit diuturnum, utpote
duodecim septimanas unâ
Cumq; haec tenus annua ex-
juges, Deus tandem illos



eredes ex
functam
secutus
t. Hinc
atruo al-
cepit.
s vir Re-
iæ ad in-
q; sedu-
cili. & ti-
re mul-
ra quasi
dictu vi-
functa
nq; illis
um sibi
factum
rmann/
œstissi-
at nihil
conju-
atum,
rium &
kerunt.
it con-
espexit
defun-